



In nomine & confessoris

& probante quod inconfessores & macturas eius nihil eius posse gehemae  
ardor operari sed quod quod qui in dñm crederent incolum essent & tuti  
in omnibus perseverent. Et consideratis diligentius pro uestra  
religione quae apud illos pueror fides fuerit quae promereri plenius  
dñm potuit ad omnia enim parati sicuti omnes esse debemus a iure regi.  
Nabuchodonosor rex non opusest nobis de hoc uerbo respondere tibi.  
Est enim dñs cui nosser uimus potent eripere nos de camino ignis ardentis  
& de manibus tuis liberauit nos. & sinon. Notum sit tibi quoniam dñs  
tuis non seruumus & imaginem auream quam statuis tu non adoramus.  
Cum te & crederent & pro fides tua scirent posse etiam de presenti supplicio  
liberari iactare hoc tamen & iudicare sibi noluerunt dicentes & sinon  
ne minor esset confessionis uirtus sine testimonio passionis. Adde dñs  
posse omnia dñm facere se tamen non in hoc fidere ut liberari in praesentia  
uellent sed illam libertatis ad aeternae gloriam cogitarent. Quam fidem  
nos quoque retinentes & die ac nocte meditantur toto corde ad dñm prompti  
contemptus praesentium futuri tantummodo cogitemus fructum regni  
aeterni complexu & osculum dñm conspectum dñi ut sequamini in omnibus  
rogationum praesentium gloriosum senem uiam uobis ad gloriam te  
poris nostri religiosa uirtute & diuina dignationis facientem quicum  
felicissimo fratre nostro quieto semper & sobrio excipiens ferocientis po  
puli impetum primum hospitium uobis in carcere praeparauit & metator  
quodammodo uester nunc quoque uos ante caedit. Quod ut consummeur  
in uobis a desidiis orationibus dñm deprecamur ut in uis ad summa per  
genabus quos confiteri fecit faciat & coronari.

OPTO VOS FRATER KARISSIMI AC BEATISSIMI IN DÑM SEMPER  
bene ualere & ad coronae caelestis gloriam peruenire.

AD ROCAIONUM IN NIORIM. I CONFESSORIS. EXPLICIT.  
INCIPIT AD THI BARIANOS